



**Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

D[omi]nica quarta post oct[auas] pasche.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](#)

Dñica quarta post oct̄. pasche. fo. clj.

Q loquitur de cognitione vie re spectu cognitionis patriet ideo non valet argumentū manicheorum. quia apostoli cognouerunt ea que decuit eos scire pro statu vie. ut dictum est.



**S**ic domini ca quarta est eu angeliū in illo tempore dixit iesus discipulis suis Amen amen dicorobis rc. iohannis. xvi. Lirca quod possunt disputari sequentes questiones. **P**rima vtrum omnis qui perit a patre celesti. in nomine christi accipit qđ pettit. **S**ecunda vtrum sit verum apostoli ante resurrectionem christi nihil perierūt in nomine christi. **T**ertia vtrum gaudiū spirituale possit in hac vita impleri.



**D**prīmā questionē sic pceditur. Et videtur qđ nō omnis qui petit a patre celesti accipiat quod pettit. **P**rimo sic. Ipse met christus a patre suo petit amoueri calicezr tamen nō fuit exauditus ergo rc. **S**ecundo. Paulus vas electionis petit a deo patre stimulum carnis sibi amoueri et non accepit quod petit ergo rc. **T**ertio sic. idē ar-

guitur de multis alijs qui multa petunt a patre celesti in nomine christi. et tñ non accipiunt qđ pertunt. ergo rc. **I**n opposituꝝ est in euangelio p̄sentiverbum xp̄i. **R**ūdeo dicendū. qđ ois qđ petit a patre celesti i nomine xp̄i acci piet qđ petit dū tñ interueniant qnqꝝ p̄ditioꝝ qđ continent in verbis propositis. **P**rima conditio est. qđ p̄taꝝ spirituale. quod notatur cum dicitur. si quid. i. alii quid. quia malum nihil est. Itē temporale comparatum ad spirituale nihil est. Unde augusti. Quicquid alind qđ quod ad vitā eternā accedit petitur. nihil petitur. non quia res omnino nihil sit. sed tante rei comparatione quicquid alind concupiscitur nihil est. **S**al. vi. Qui se existimat aliquid esse cuꝝ nihil sit. **S**ed nunquid non sanitateꝝ petimus ut cum infirmi inungunt. Item prosperitatē temporaliē. Itē temporalia ut ibi. Panēz nostrū quotidianum. Respondetur qđ temporale relatum ad spirituale iam aliquid est. Unde nota qđ oratio nihil aliud est qđ executio desiderij. **E**o ergo modo aliquid orandum est quo desiderandum sed ut innuitur. i. i. q. lxxiiij. articulo. vi. **N**oliquid desideratur dupliciter. scilicet propter se ut finis sit solum regnum celorum Matthei. vi. Querite primum regnum dei. Et ps. Unaꝝ petij a dño rc. **S**ic in euāgelio p̄sent. Petite vt gaudiū vel trū plenū sic

## Dominica quarta post oct. pasche.

Aliqd desideratur ppter aliud  
vntemporalia que sunt materia  
virtutum. et sine quibus hanc vi-  
tam ducere non possum? sic mat-  
th. vi. Panem nostrum quotidia-  
num rc. Itē Proverb. xxx. Mē-  
dicitatem et diuitias ne dederis  
mihi. sed tantum victui meo tri-  
bue necessaria. Virtutes autē  
et gratia pertinetur tāq̄ per se ad  
finem ducētia. ¶ Secunda peditio in  
oratione que ponitur vbi. S. ar.  
xiiij. Iest. vt fiat cum perseveran-  
tia. Luc. xvij. Oportet semper oza-  
re et nunq̄ deficere. Et. s. Thes-  
sal. v. Sine intermissione orate.  
Et hoc notatur in verbo illo. Pe-  
tieritis quasi perseverādo et co-  
tinuando. ¶ Tertia cōditio ora-  
tionis est vt fiat et procedat ex fi-  
liali affectu. cum dicit Patrem.  
qui em̄ ex timore petit nō patrē  
sed dominum petit vel hostem.  
et hoc est q̄ pie petat. ¶ Quarta  
conditio orationis que tangit.  
vbi. S. ar. v. Iest. vt fit de his que  
pertinent ad salutem. cū dī. In  
 nomine meo. qđ est nomē salua-  
toris in quo nomine petit q̄ per-  
tinentia ad salutem petit. q̄ i-  
esus qđ est nomen saluatoris sa-  
lus interpretatur. ¶ Quinta cō-  
ditio orationis que declaratur  
vbi. S. ar. vij. ad. ii. Iest. vt fiat. si-  
ue petat p se. vñ dicit Uobis. q̄  
pro alijs non exauditur semper co-  
trariantibus eoz demeritis pro  
quisbus sit petitio ut pro peccas-  
torib⁹ aut in dispositis Hiere.  
vij. Noli orare p pplō isto. Et. xv

Si steterit moyses et samuele  
¶ Ad rationes in opposituz. Bi-  
primā rñdetur q̄ xps fuit exau-  
ditus in omni sua oratione ex  
deliberationē. Rñdetur etam q̄  
christus petēs calicē passione  
a se trāsferri nō expressit volu-  
tatem suā simpliciter. scz qđ sim-  
pliciter volebat. sed motum su-  
sualitatis ant cuīsdam volu-  
tis rationis et natura est. Pos-  
notādū. Ut h̄. iij. p. q. xxij. ar. iii.  
q̄ oratio est quodāmodo inter-  
tatiua voluntatis humane. ¶  
ergo. alicuius orantis exaudi-  
oratio qñ eius voluntas adaptat  
voluntas aut simpliciter homi-  
nis est voluntas rationis. hoc eti-  
qđ volum⁹ fini delibera-  
tam rationē volum⁹. altitudi-  
vel etiam fini motus sensualis  
simplicis. que consideratur ve-  
tura. non simpliciter volum⁹.  
fini quid. scz si aliud non obfir-  
qđ p deliberationē ratiois in-  
nitur. vñ talis voluntas magis  
dicēda velleitas q̄ absoluta  
luntas; qz scz homo hoc velle-  
tatez ratiois xps nihil alindū  
luit nisi qđ sciuit deuillez id  
omnis absoluta voluntas xpi  
am humana fuit impleta. qz  
deo pformis. et pconsequen-  
tis eius orō fuit exaudita. ¶  
secundā rñdetur q̄ paulus qđ ex-  
uit non obtinuit. q̄ nō sibi ex-  
diēs fuit. iij. Coritb. xij. ¶ Alter-  
tiaz rñdetur q̄ aliqui si nō ex-

**Dominica quarta post oct. pasche.** fo. cl. i.

diuntur. est ppter defectum ali-  
quar pdictar pditionū requisi-  
tarū ad hoc q oratio sit exaudibi-  
lis. matth. xx. nescitis qd petat.



**D** secūdaꝝ questioneꝝ sic  
pcedif. Et vi-  
detur q nō sit  
verꝝ q aposto-  
li nō petierūt  
aliquid primo  
innomine xp̄i. **P**rimo sic mat-  
th. x. dī. q conocatis x̄i. aposto-  
lis dedit eis potestateꝝ spirituū  
immundoꝝ. sed hec orādo facie-  
bant. ergo aliquid petierunt in  
nomine xp̄i. **S**cđo sic. Lu. x.  
dī de discipulis. Dñe in nomine  
tuo etiā demonia subiiciuntur no-  
bis. **T**ertio videtur ptra illud  
Luce. v. In verbo autē tuo lata  
borete. ergo videt q in nomine  
xp̄i aliquid a deo apli petierūt.  
**I**n opposituz est euāgeliū pre-  
fens. vbi dī. Usq modo nō peti-  
stis quicq in noīe meo. **R**espo-  
deo discēduz q verꝝ est quod ait  
xps in presenti euāngelio. Nam  
apostoli ante resurrectioneꝝ xp̄i  
non ita cognoverunt virtutē no-  
mīnis xp̄i sicut post. et ideo ad-  
huc ignorabant q oīs eoz peti-  
tio esset exaudibilis in nomine  
christi. **T**ū etiā qz habebāt omīia  
bona in xp̄o. Bonū vtile. qz in eo  
erāt oēs thezauri scīentie sapie-  
tie dei. Bonū delectabile. qz erat  
speciosus forma p filiis hoīzps.  
xliii. Bonū honestū. ps. cxxviii.

Nimis honorati sunt amici tuſ  
de? **G**ād rationes in oppositū.  
Ad primā rūdef negando pseqn-  
tiām. Et ratio est. qz licet habe-  
rent potestatē a xp̄o sup demo-  
nia. non sequit q orādo peterēt  
in nomine xp̄i. sicut nūc ecclesia  
in omnibus quasi orōnib⁹ in xp̄i  
nomine finiēdo. dicit Per dñm  
nostrū iesuꝝ xp̄m tc. vel aliud si  
mīle. Et ita rūdetur ad scđaz. qz  
ibi in nomine tuo intelligitur. id  
est in virtute tua aut potestate a  
te nobis concessa. **A**d tertiam  
similiter respondeſtur. q non est  
ad ppositū. qz aliud est petere in  
nomine xp̄i. aliud a pīe. et aliud  
in verbo christi latare retia.



**D** tertiam  
questioneꝝ sic  
pcedif. (i. ii.  
q. xviij. arti.  
iiij.) Et videſ  
q gaudiū spi-  
rituale qd ex  
caritate causatur nō possit in no-  
bis impleri. **P**rimo sic. qto  
magis gaudium de deo habem⁹  
tanto gaudiū eius in nobis ma-  
gis impletur: sed nunq̄ possim⁹  
de deo tantū gaudere qptum di-  
gnum est vt de eo gaudeatur. qz  
semper bonitas eius que infini-  
ta est excedit gaudium creature  
quod est finitū. ergo gaudiū de  
deo nunq̄ potest impleri. **S**e-  
cundo sic. illud qd est completuz  
nō potest esse maius. sed gaudiū  
etiam beatoꝝ potest esse maius

## Dñica quarta post oct. pasche!

quia vnlus gaudiū est maius q̄ alterius. ergo gaudiū de eo non pot in creatura impleri. ¶ Tertio sic. nihil aliud esse videtur cōprehensio q̄ cognitionis plenitudo. s̄ sicut vis cognitiva creature est finita. ita et vis appetitiva eiusdem. Cum ergo deus nō possit ab aliqua creature cōprehendi. videtur q̄ non possit alius cuius creature gaudium de deo impleri. ¶ In opposituz est p̄fensio euangeliū. vbi dicitur. Peſite ut gaudium vestrū plenū sit. ¶ Respondeo dicendū q̄ plenitudo gaudiū potest intelligi duplīciter. Uno modo ex parte rei de qua gaudetur. ut sc̄z tñ gaudeatur de ea q̄ptū dignū ē de ea gaudere. Et sic est cōclusio prima. q̄ solum dei gaudium est plenū de seipso. Patet p̄clusio. q̄z gaudiū eius est infinitū. et hoc est condignum infinite bonitati dei. cuiuslibet autē creature gaudium oportet esse finituz. Alio modo potest intelligi plenitudo gaudiū ex parte gaudentis. Et sic ponit secunda p̄clusio q̄ gaudiū spirituale potest ipleri in futura beatitudine. Ista p̄clusio declaratur sic. Gaudium comparatur ad desiderium. sicut quies ad motū. est autē quies plena. q̄n nihil restat de metu. vnde tūc est gaudiū plenum q̄n iam nihil desiderandum restat. q̄dū aut in hoc modo sumus non quiescit in nobis desiderij mot̄. quia adhuc restat q̄ deo magis appropinquem̄ per

gratiam. sed q̄n iam ad beatitudinem pfectam peruenit fuent nihil desiderādum restabit. quis erit plena fruitio in qua hō obnebit quicq̄d etiaz circa alia bona desiderabit. fin illud ps. 13. Qui replet in bonis desiderium tuuz. Et ideo quiesceret desiderium non solum quo desideram̄ den̄ sed etiam erit omnīū desideriorum quies. Unde gaudiū beatorum est pfecte plenū et etiaz super plenum. q̄ plus obrineb̄ q̄ desiderare sufficerūt. nō em in carnem hominis ascendit que pparat deus diligentibus se. vt dicitur. L. rintb. i. Et hinc est qđ dicitur. L. vi. Mensurā bonā et superstitionem dabunt in sinus veletros. tamen nulla creatura est capax gaudiū de deo ei cōdigni. inde et q̄ illud gaudium nō capis in homine. s̄ pot̄ homo intrat in ipsum. fin illud matth. xxv. Tunc in gaudium dñi tui. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeatur q̄ ratio illa procedit de plenitudine gaudiū et per ratio de qua gaudetur. ¶ Ad secundam respondeatur negando minore. Et ratio est. q̄ cum puerituz fuerit ad beatitudinem vniuersitatem predestinatōe dicitur. nec refabit vltorius aliquid quo tendet quis in illa terminatione vniuersitatem ad maiorem. ppinq̄ uenit ad maiorem. alius ad minorem. et ideo vniuersitatis gaudium est plenuz ex parte gaudentis. quia

## In rogationibus.

Fo.ciiiij.

vnus cuiusq; desiderium plene  
quietabit. erit tñ gaudium vni?  
máius q; alterius ppter plenio  
rem pticipatione diuine bonita  
tis. ¶ Ad tertiam rñdetur nega  
do psequeñtiam. Et ratio est. q;  
duplex est plenitudo cognitiois  
scz quedam ex pte rei cognite vt  
scz tantu cognoscatur res q;tu  
cognosci potest. et ista bene po  
test dici comprehensio. et soli deo  
propria respectu suipius q; tan  
tum cognoscit se q;rum cognos  
cibilis est. Alia d; plenitudo ex  
pte cognoscens. sicut et de gau  
dio dictum est et de tali plenitu  
dine bene potest dici q; beatus  
plene cognoscet deum. Ut apô  
stolus ad col. i. Impleamini in  
agnitioeyolutatis eius in omni  
sapiëtia et intellectu spirituali.



**M** In roga  
tionib; enan  
geliū est. In  
illo tpe dixit  
Iesu discipu  
lis suis. q;s  
vestruz habe  
bit amicu; tc.  
Lu. xj. Circa  
qd possunt di  
sputari sequentes questiones.  
¶ Prima Utrum in istis roga  
tionibus deus solus sit orand?  
an etiam alii sancti. ¶ Secunda  
Utrum in oratione nostra tem  
poralia sunt perenda. ¶ Tertia.  
Utrum sit sperandu q; peccato  
res orando ipetrēt aliquid a deo.



D primam  
questioñ sic  
pceditur. Et  
videtur q; in  
istis rogatio  
nib; sol; deus  
sit orand? et nō  
alius sanctus

¶ Primo sic.  
Per diffinitionem orationis. di  
cit Damascenus. Qd oratio est  
ascensus mentis in deum. ergo  
solus deus videtur orand;. ¶ Se  
cundo sic. Arguit. iij. sen. dist.  
xv. q. iiiij. art. v. q. j. et. h. Oratio  
est actus religiosi. scz solus de  
est religione colendus. ergo cc.  
¶ Tertio sic. Virtus orationis  
plus in affectu p̄sistit q; voce. q;  
hoc negotiū vt angu. dicit plus  
gemiribus q; vocib; agit. sed so  
lus dei est cogitationes cordiū et  
affectus percipere. ergo non n̄  
si soli deo est porrigenda oratio  
¶ Quarto sic. Si aliquibus san  
ctis orationez porrigitur hoc  
non est nisi inceptum sunt deo co  
iuncti. sed quidam etiam in hoc  
mundo viuētes. vel etiaz in pur  
gatorio existentes sunt deo con  
iuncti multum p; gratia. ad eos  
autem non porrigitur oratio. er  
go nec ad sanctos qui sunt in pa  
radiso debemus orationem por  
rigere. ¶ Quinto sic. Sancti exis  
tentes in paradiſo non orant p;  
nobis. ergo ad ipsos nō ē oratio  
porrigenda. Psequeñtia p; antea  
cedēs pbat. q; si sancti qui sunt in